

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Seruitus f  
cum fonte primo

Serui sunt; immo homines.  
Serui sunt; immo contuberniales.  
Serui sunt; immo humiles amici.  
Serui sunt; immo conserui,  
si cogitaueris tantumdem in utrosque  
licere fortune. Itaque derideo istos qui  
turpe existimant cum seruo suo cenare.

Superbissima enim consuetudo cenanti  
domino stancium seruorum turbam  
circumdedit.

Maiestatis sue diminutionem putant ad  
eandem mensam cum seruo suo  
accedere.

Seneca XLVII. epistola.

'Servii sunt.' Immo homines.  
'Servii sunt.' Immo contuberniales.  
'Servii sunt.' Immo humiles amici.  
'Servii sunt.' Immo conservi,  
si cogitaveris tantumdem in utrosque  
licere fortunae. Itaque rideo istos qui  
turpe existimant cum servo suo cenare:  
quare, nisi quia  
superbissima consuetudo cenanti  
domino stantium servorum turbam  
circumdedit?

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 47, 1-2 (L. Reynolds ed., vol.1, pp.119-20, ll.26-27, 1-5).

Cum his cenare non sustinet et  
maiestatis suaee deminutionem putat ad  
eandem mensam cum servo suo  
accedere.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 47, 8 (L. Reynolds ed., vol.1, p.121, ll.13-14).